me fac ds. quo̅ intrauerunt aquę. usq; ad animā meā. Infixus sum ī limo pfundi. & non est substantia. Veni in altitudinē maris. & tempestas dimersit me. Laboraui clamans. raucę factę sunt fauces meę. defecerunt oculi mei dum spo in deū meū: Multiplicati sunt sup capillos capitis mei. qui oderunt me gratis. Confortati st̄ qui psecuti sunt me inimici mei ī iuste. quę n̄ rapui tunc exsoluebam. s tu scis insipientiam meā. & delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant
te domine domine uirtutum. Non confundan
tur super me qui querunt te deus israel.
Quoniam propter te sustinui obprobrium operu
it confusio faciem meam. Extrane
us factus sum fratribus meis et pe
grinus filiis matris meç. Quoniam zelus
domus tuç comedit me et obprobria
exprobrantium tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio animam meam
et factum est in obprobrium mihi. Et posu
i uestimentum meum cilicium et factus
sum illis in parabolam. Aduersum
me loquebantur qui sedebant in
porta et in me psallebant qui bibe
bant uinum. Ego uero orationem
meam ad te domine tempus beneplaci
ti deus. In multitudine misericordie tu

e. exaudi me in ueritate salutis tue.
Eripe me de luto ut n̄ infigar. libera
me ab his qui oderunt me. & de pro
fundis aquarũ. Non me demergat
tempestas aque. neq; absorbeat me
ꝓfundum. neq; urgeat sup̱ me pu
teus os suũ.. Exaudi me dn̄e quoni
am benigna ē misc̄dia tua. sc̄dm
multitudinem miserationũ tuarũ
respice in me. Et ne auertas faci
em tuam a puero tuo. qm̄ tribulor
uelociter exaudi me. Intende ani
me mee & libera eam. ꝓpter inimi
cos meos eripe me. Tu scis impꝓpi
um meum & confusionem meam.
& reuerentiam meã. In ɔspectu tu
o sunt om̄s qui tribulant me. im
ꝓpium exspectauit cor meũ & mise

riam. Et sustinui qui simul contrista
retur et non fuit: et qui consolaretur et non in
ueni. Et dederunt in escam meam
fel: et in siti mea potauerunt me a
ceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in
laqueum: et in retributiones et in scan
dalum. Obscurentur oculi eorum ne
uideant: et dorsum eorum semper incur
ua. Effunde super eos iram tuam: et
furor ire tue comprehendat eos. Fiat
habitatio eorum deserta: et in taberna
culis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam
quem tu percussisti persecuti sunt: et super
dolorem uulnerum eorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem
eorum: et non intrent in iusticia tua.
Deleantur de libro uiuentium: et cum
iustis non scribantur. Ego sum pau

p & dolens. salus tua ds suscepit me.
Laudabo nomen dei cum cantico. et
magnificabo eum in laude. Et pla
cebit deo. sup uitulum nouellum
cornua pducentem & ungulas. Vide
ant paupes & letentur. querite dnm
& uiuent anima ura. Quo exaudi
uit paupes dns. & uinctos suos n
despexit. Laudent illum celi. et t
ra mare. & omnia reptilia in eis.. Quo
ds saluam faciet syon. & edificabun
tur ciuitates iude. Et inhabita
bunt ibi. & hereditate acqui
rent ea. Et semen seruo eius possi
debit eam. & qui diligunt nom
eius habitabunt in ea. Ps. d. d.
Ds in adiutoriu meum inten
de. dne ad adiuuandu me

festina. Confundantur et reuereantur:
qui querunt animam meam. Auer-
tantur retrorsum et erubescant: qui
uolunt mihi mala. Auertantur sta-
tim erubescentes: qui dicunt mihi eu-
ge euge. Exultent et letentur in te
omnes qui querunt te: et dicant sem-
per magnificetur dominus qui diligunt sa-
lutare tuum. Ego uero egenus et pau-
per sum: deus adiuua me. Adiutor meus
et liberator meus es tu: domine ne moreris.
In te domine speraui non P. s. d. d.
confundar in eternum: in iusti-
cia tua libera me et eripe me. Incli-
na ad me aurem tuam et salua me.
Esto mihi in deum protectorem. et in locum
munitum: ut saluum me facias. Quo-
niam firmamentum meum et refugi-

um meum es tu. Ds meus eripe me
de manu peccatoris: et de manu con
tra legem agentis et iniqui. Quoniam
tu es patientia mea domine: domine spes
mea a iuuentute mea. In te confir
matus sum ex utero. de uentre ma
tris meę: tu es protector meus. In te
cantatio mea semper: tamquam prodigium
factus sum multis: et tu adiutor
fortis. Repleatur os meum laude:
ut cantem gloriam tuam. tota die ma
gnitudinem tuam. Ne proicias me
in tempore senectutis: cum defecerit
uirtus mea ne derelinquas me: Quia
dixerunt inimici mei mihi: et qui cu
stodierunt animam meam consilium
fecerunt in unum. Dicentes: deus de
reliquit eum: persequimini et compre

hendite eum. quia non ē qui eripiat.
Ds̄ ne elongeris a me. ds̄ ms̄ in auxi
lium meum respice. Confundantur
& deficiant detrahentes animę me
ę. operiantur confusione & pudore q̄
querunt mala m̄. Ego autē sp̄ sꝑabo
& adiciam sup omnem laudē tuam
Os meum annuntiabit iusticiā tuā
tota die salutare tuum. Quō non
cognoui litteraturam. introibo ī po
tentias dn̄i. dn̄e memorabor iustici
ę tuę solius. Ds̄ docuisti me ex iuuen
tute mea. & usq; nunc pnuntiabo
mirabilia tua. Et usq; in senectam
& senium. ds̄ ne derelinquas me.
Donec annuntiem brachium tuum
generationi omni quę uentura ē
Potentiam tuam & iusticiam tuam

ds usque in altissima que fecisti mag
nalia. ds quis similis tibi. Quantas
ostendisti michi tribulationes multas
et malas. et conuersus uiuificasti me
et de abyssis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificentiam tuam.
et conuersus consolatus es me. Nam
et ego confitebor tibi in uasis psalmi ue
ritatem tuam ds. psallam
tibi in cythara sanctus israhel.
Exultabunt labia mea cum cantauero
tibi. et anima mea quam redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabi
tur iusticiam tuam. cum confusi et reue
riti fuerint qui querunt mala michi.
Deus iudicium tuum ps d d.
regi da. et iusticiam tuam
filio regis. Iudicare populum tuum in

iusticia[m] et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo et col
les iusticiam. Iudicabit pauperes po
puli. et saluos faciet filios pauperum
et humiliabit calumpniatorem. Et
permanebit cum sole et ante lunam in
generatione et generationem. Descen
det sicut pluuia in uellus et sicut
stillicidia stillantia super ter
ram. Orietur in diebus eius
iusticia et habundantia pacis donec
auferatur luna. Et dominabi
tur a mari usque ad mare et a flumi
ne usque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes et inimi
ci eius terram lingent. Reges thar
sis et insule munera offerent reges
arabum et saba dona adducent. Et

adorabunt eum omnes reges / omnes
gentes servient ei. Quia libera
vit pauperem a potente / et pauperem
cui non erat adiutor. Parcet pau
peri et inopi / et animas pauperum sal
vas faciet. Ex usuris et iniquitate
redimet animas eorum / et honorabile
nomen eorum coram illo. Et vivet et
dabitur ei de auro arabie / et adora
bunt de ipso semper / tota die benedi
cent ei. Erit firmamentum in ter
ra in summis montium / super extol
letur super libanum fructus eius / et flo
rebunt de civitate sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedictum in secula /
ante solem permanet nomen eius. Et be
nedicentur in ipso omnes tribus terre /
omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus dñs ds isrł. qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in ęternum. & replebitur maiestate eius omnis terra. fiat fiat.

Quam bonus Ps. d. d.

Quam bonus isrł ds. his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes. pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui sup iniquos. pacem peccatorum uidens. Quia non ē respectus morti eorum. & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non sunt. & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos supbia. opti sunt iniquitate & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt & locuti sunt nequiciam. iniquitatē

a. Festo in dnc i dm pretiose
a. Iubilate deo

posuisti eis. deiecisti eos dum alleua
rentur. Quomodo facti sunt in desola
tionem? subito defecerunt. perierunt
propter iniquitatem suam. V. Velut
somnium surgentium. domine in ciuitate
tua imaginem ipsorum ad nichilum
rediges. Quia inflammatum est cor
meum et renes mei commutati sunt.
et ego ad nichilum redactus sum
et nesciui. V. Ut iumen
tum factus sum apud
te. et ego semper tecum. Tenuisti ma
num dexteram meam. et in uolun
tate tua deduxisti me. et cum gloria
suscepisti me. Quid enim mihi est in ce
lo? et a te quid uolui super terram.
Defecit caro mea. et cor meum deus cordis
mei. et pars mea deus in eternum.

Quia ecce qui elongant se a te peribunt. perdidisti omnem qui fornicatur abs te.
Michi autem adherere deo bonum est. ponere in domino deo spem meam. Ut annuntiem omnes predicationes tuas. in portis filie syon. Psalmus david.

Ut quid deus repulisti in finem. iratus est furor tuus super oves pascue tue. Memor esto congregationis tue. quam possedisti ab inicio. Redemisti virgam hereditatis tue. mons syon in quo habitasti in eo. Leva manus tuas in superbias eorum in finem. quanta malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te. in medio sollempnitatis tue. Posuerunt signa sua signa. et non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silua lignorum securibus exciderunt
ianuas eius in id ipsum: in securi et
ascia deiecerunt eam. Incenderunt
igni sanctuarium tuum: in terra pol
luerunt tabernaculum nominis
tui. Dixerunt in corde suo cognati
o eorum simul: quiescere faciamus omnes
dies festos dei a terra. Signa nostra
non uidimus: iam non est propheta: et nos
non cognoscet amplius. Usquequo deus
improperabit inimicus: irritat aduer
sarius nomen tuum in finem. Ut quid
auertis manum tuam: et dexteram
tuam de medio sinu tuo in finem.
Deus autem rex noster ante secula: operatus
est salutem in medio terre. Tu con
firmasti in uirtute tua mare: con
tribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: dedisti
eum escam populis ethiopum. Tu di
rupisti fontes et torrentes: tu siccasti
fluuios etham. Tuus est dies et tu
a est nox: tu fabricatus es auroram
et solem. Tu fecisti omnes terminos
terre: estatem et uer: tu plasmasti e
a. Memor esto huius. inimicus inpropera
uit domino: et populus insipiens incitauit
nomen tuum. Ne tradas bestiis ani
mas confitentes tibi: et animas paupe
rum tuorum ne obliuiscaris in finem.
espice in testamentum tuum: quia re
pleti sunt qui obscurati sunt terre
domibus iniquitatum: Ne auerta
tur humilis factus confusus: pau
per et inops laudabunt nomen tuum.
xurge deus iudica causam tuam: me

A. Liberasti uirgam hereditatis tue domine
A. Et inuocabimus

memor esto improperiorum tuorum eorum que ab insi
piente sunt tota die. Ne obliuisca
ris uoces inimicorum tuorum: superbia eorum
qui te oderunt ascendit semper.

Confitebimur tibi deus. Ps. D. D.
Confitebimur et inuocabimus
nomen tuum. Narrabimus mira
bilia tua: cum accepero tempus ego iu
sticias iudicabo. Liquefacta est ter
ra et omnes qui habitant in ea: ego
confirmaui columnas eius. Dixi
iniquis. nolite inique agere: et delin
quentibus. nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu uestrum
nolite loqui aduersus deum iniqui
tatem. Quia neque ab oriente neque
ab occidente neque a desertis monti
bus: quoniam deus iudex est. Hunc hu

miliat & hunc exaltat. quia calix
in manu dn̄i. uini meri plenus
mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc.
uerumtamen fex eius non ē exinani
ta. bibent om̄s peccatores terre.
Ego autem annuntiabo in sclm̄. can
tabo dō iacob. Et omnia cornua pec
catorum confringam. & exaltabuntur
cornua iusti. Ps. a. c. d. d.
Notus in iudea deus. in israhel
magnum nomen eius. Et fa
ctus est in pace locus eius. & habi
tacio eius in syon. Ibi confregit po
tentias. arcum. scutum. & gladi
um & bellum. Illuminans tu mi
rabiliter a montibus eternis. tur
bati sunt om̄s insipientes corde.
Dormierunt somnum suum. et ni

chil inuenerunt om̄s uiri diuiciarū
manibus suis. Ab increpatione tua
d̄s iacob: dormitauerunt qui ascen
derunt equos. Tu terribilis es: &
quis resistet tibi? ex tunc ira tua. De
celo auditum fecisti iudicium: terra
tremuit & quieuit. Cum exurge
ret in iudicio d̄s: ut saluos faceret
om̄s mansuetos terre. Quoniam cogita
tio hominis confitebitur tibi: & reli
quie cogitationis diem festum agent
tibi. Vouete & reddite dn̄o deo uestro
om̄s qui in circuitu eius affertis mu
nera. Terribili & ei qui aufert spi
ritum principum: terribili apud re
ges terre. Ps. dauid.

LXX·

Voce mea ad dn̄m clamaui: uo
ce mea ad deum & intendit

michi. In die tribulationis meę deum
exquisiui manibus meis nocte contra
eum. & non sum deceptus. Renuit
consolari anima mea. memor fui dei
& delectatus sum. & exercitatus sum.
& defecit spiritus meus. Anticipauerunt
uigilias oculi mei. turbatus sum
& non sum locutus. Cogitaui di-
es antiquos. & annos eternos in men-
te habui. Et meditatus sum noc-
te cum corde meo. & exercitabar et
scopebam spiritum meum. Numquid
in eternum proiciet deus. & non apponet
ut complacicior sit adhuc. Aut in
finem misericordiam suam abscidet. a
generatione in generationem. Aut
obliuiscetur misereri deus. aut contine-
bit in ira sua misericordias suas. Et

in excelso locuti sunt. Posuerunt in
celum os suum. & lingua eorum transi-
uit in terra. Ideo conuertetur populus me-
us hic. & dies pleni inuenientur in
eis. Et dixerunt. quomodo scit deus. &
si est scientia in excelso. Ecce ipsi pecca-
tores. & habundantes in seculo. obtinu-
erunt diuitias. Et dixi. ergo sine
causa iustificaui cor meum. & laui
inter innocentes manus
meas. Et fui flagel
latus tota die. & castigatio mea in
matutinis. Si dicebam narrabo sic.
ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam ut cognoscerem. hoc la-
bor est ante me. Donec intrem in scu-
arium dei. & intelligam in nouissi-
mis eorum. Verumtamen propter dolos

dixi nunc cepi: hec mutatio dexte
re excelsi: Memor fui operum dei: quia
memor ero ab initio mirabilium tuo
rum. Et meditabor in omnibus operibus
tuis: et in adinuentionibus tuis exerce
bor. Deus in sancto uia tua: quis deus ma
gnus sicut deus noster: tu es deus qui
facis mirabilia. Notam fecisti in
populis uirtutem tuam: redemisti
in brachio tuo populum tuum filios ia
cob et ioseph. Uiderunt te aque deus
uiderunt te aque et timuerunt:
et turbate sunt abyssi: Multitudo
sonitus aquarum: uocem dederunt
nubes. Etenim sagitte tue trans
eunt: uox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tue orbi ter
re: commota est et contremuit terra

In mari uia tua et semite tue in a
quis multis: et uestigia tua non
cognoscentur. Deduxisti sicut o
ues populum tuum: in manu moysi
et aaron. Ps. david.

Attendite popule meus legem meam:
inclinate aurem uestram in
uerba oris mei. Aperiam in para
bolis os meum: loquar propositiones
ab inicio. Quanta audiuimus
et cognouimus ea: et patres nostri
narrauerunt nobis. Non sunt oc
culta a filiis eorum: in generatione al
tera. Narrantes laudes domini et uir
tutes eius: et mirabilia eius que
fecit. Et suscitauit testimonium
in iacob: et legem posuit in israhel.
Quanta mandauit patribus nostris

nota facere ea filiis suis. ut cognoscat
altera. Filii qui nascentur et exur
gent. et narrabunt filiis suis. Ut
ponant in deo spem suam. et non ob
liuiscantur operum domini. et man
data eius exquirant. Ne fiant sicut
patres eorum. generatio praua et exas
perans. Generatio que non direxit cor
suum. et non est creditus cum deo spi
ritus eius. Filii effrem intenden
tes et mittentes arcum. conuersi
sunt in die belli. Non custodierunt
testamentum dei. et in lege eius no
luerunt ambulare. Et obliti sunt
benefactorum eius. et mirabilium eius
que ostendit eis. Coram patribus
eorum fecit mirabilia. in terra egyp
ti. in campo taneos. Interrupit

mare & ꝑduxit eos! & statuit aquas
quasi in utre. Et deduxit eos in
nube diei! & tota nocte in illumina
tione ignis. Interrupit petram
in heremo! & adaquauit eos uelut
in abysso multa. Et eduxit aquā
de petra! & deduxit tamquā flu
mina aquas. Et apposuerunt ad
huc peccare ei! in ira excitauerunt
excelsum in inaquoso. Et tempta
uerunt deū in cordib; suis! ut pete
rent escas animabus suis. Et male
locuti sunt de deo! dixerunt. num
quid poterit deus parare mensam
in deserto. Quō pcussit petram.
& fluxerunt aquę! & torrentes in
undauerunt. Numqđ & panē po
terit dare! aut parare mensam po

pulo suo. Ideo audiuit dn̄s et distu
lit. et ignis accensus ē in iacob. et i
ra dei ascendit in isrl: Quia non cre
diderunt in deo. nec sperauerunt ī
salutari eius. Et mandauit nubi
bus desup. et ianuas celi aperuit. Et
pluit illis manna ad manducandū
et panem celi dedit eis. Panē ange
loꝝ manducauit homo. cibaria
misit eis in abundantia. Trans
tulit austrum de celo. et induxit
in uirtute sua africum. Et plu
it sup eos sicut puluerem carnes.
et sicut harenam maris uolatilia
pennata. Et ceciderunt in medi
castroꝝ eoꝝ. circa tabernacula eoꝝ
Et manducauerunt et saturati sūt
nimis. et desiderium eoꝝ attulit

eis! non sunt fraudati a desiderio
suo. Adhuc esce eorum erant in ore ip
sorum! et ira dei ascendit super eos. Et
occidit pingues eorum! et electos isr
impediuit. In omnibus his pecca
uerunt adhuc! et non crediderunt
in mirabilibus eius. Et defecerunt
in uanitate dies eorum! et anni eorum
cum festinatione. Cum occideret eos
querebant eum. et reuertebantur. et
diluculo ueniebant ad eum. Et
rememorati sunt quia deus adiutor
est eorum! et deus excelsus redemptor eorum est.
Et dilexerunt eum in ore suo! et lin
gua sua mentiti sunt ei: Cor autem
ipsorum non erat rectum cum eo! nec
fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem est misericors! et propicius

fiet peccatis eoꝝ. & non dispdet eos.
Et habundauit ut auerteret iram
suam. & n̄ accendit omnē irā suā.
Et recordatus est quia caro sunt.
sp̄c uadens & non rediens. Quoti
ens exacerbauerunt eum in desert
to. in ira concitauerunt eum in in
aquoso: Et conuersi sunt & tempta
uerunt deum. & sc̄m isrł exacerba
uerunt. Non sunt recordati man
eius. die qua redemit eos de manu tribulan
tis. Sicut posuit in egypto signa
sua. & pdigia sua in campo taneos
Et conuertit in sanguinē flumina
eoꝝ. & imbres eoꝝ ne biberent. Mi
sit in eos cynomiam & comedit eo
& ranam. & dispdidit eos. Et de
dit erugini fructus eoꝝ. & labores

eoꝝ locuste. Et occidit in grandine
uineas eoꝝ: & moros eoꝝ in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eoꝝ:
& possessionem eoꝝ igni. Misit in
eos iram indignationis sue. indig
nationem & iram & tribulationē:
inmissionem ꝑ angelos malos. Viā
fecit semite ire sue: & non pepercit
a morte animarū eoꝝ: & iumenta
eoꝝ in morte conclusit. Et ꝑcussit
om̄e ꝓmogenitum in tr̄a egypti:
ꝓmicias omn̄is laboris eoꝝ in taber
naculis cham. Et abstulit sicut
oues ꝑplm̄ suum: & ꝑduxit eos tā
q̄m gregem in deserto. Et dedux
it eos in spe & non timuerunt: et
inimicos eoꝝ operuit mare. Et in
duxit eos in montem scīficationis

sue. montem quem acquisiuit dex
tera ei[us]. Et eiecit a facie eorum gentes
et sorte diuisit eis terram in funicu
lo distributionis: Et habitare fec[it]
in tabernaculis eorum tribus israhel.
Et temptauerunt et exacerbauerunt
deum excelsum. et testimonia eius non
custodierunt. Et auerterunt se et non
seruauerunt pactum. quemadmo
dum patres eorum. Conuersi sunt in
arcum prauum. In ira concitauerunt
deum in collibus suis. Et in sculptilibus
suis ad emulationem eum prouocauerunt.
Audiuit deus et spreuit. et ad nichilum
redegit ualde israel. Et repulit ta
bernaculum sylo. tabernaculum
suum ubi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem uirtutem

eoꝝ. & pulchritudinē eoꝝ in manꝰ
inimici. Et conclusit in gladio po
pulum suum. & hereditatem suā
spreuit. Iuuenes eoꝝ comedit ig
nis. & uirgines eoꝝ non sunt lamen
tatę. Sacerdotes eoꝝ in gladio ce
ciderunt. & uiduę eoꝝ non plora
bantur. Et excitatꝰ est tamquā
dormiens dn̄s. tamquā potens cra
pulatꝰ a uino. Et ꝑcussit inimicos
suos in posteriora. obprobrium sempi
ternū dedit illis. Et repulit tab
naculum ioseph. & tribum effrem
non elegit. Sed elegit tribum iu
da. montem syon quē dilexit. Et
edificauit sicut unicornis scificiū
suum. in t̄ra quā fundauit in sclā.
t elegit dauid seruū suū. & sustulit

eum de gregibus ouium. de post fetantes accepit eum. Pascere iacob seruum suum. & isrl hereditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui. & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

a. Attendite ppl's meus legem meam
a. Ppiciu esto.

Ds uenerunt Psalmus dauid. gentes in hereditatem tuam polluerunt templu scm tuu. posuerunt hierlm in pomoru custodiam. Posuerunt morticina seruoru tuoru escas uolatilibus celi. carnes scoru tuoru bestiis terre. Effuderunt sanguinem ipsoru tamqam aquam circuitu hierlm. & n erat qui sepeliret. Facti sumus obpbrium uicinis nris. subsannatio & illusio his qui in circuitu nro sunt. Usq: qu

dn̄e irasceris in finem? accendetur
uelut ignis zelus tuus. Effunde
iram tuam in gentes que te n̄ noue
runt. & in regna que nom̄ tuū n̄
inuocauerunt: Quia comederunt
iacob. & locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatū n̄rarum
antiquarū. cito anticipent nos mi
sericordie tue. quia pauperes facti sum⁹
nimis. Adiuua nos ds̄ salutaris
noster. & ꝓpter gl̄am nominis tui
dn̄e libera nos. & ꝓpitius esto pecca
tis n̄ris ꝓpter nomen tuum. Ne
forte dicant in gentib⁹. ubi ē ds̄ eorum?
& innotescat in nationib⁹ coram
oculis n̄ris. Ultio sanguinis ser
uorum tuorum qui effusus ē. introeat i
conspectu tuo gemit⁹ compeditorum.

Secdm magnitudinem brachii tui: po
side filios mortificator. Et redde ui
cinis nris septuplum in sinu eor.
inpperium ipsor qd exprobrauer unt
tibi dne. Nos autem ppls tuus & o
ues pascue tue. confitebimur tibi i
sclm. In generationem & generati
onem. annuntiabimus laudē tuā.
Qui regis isrl in p s d
tende. qui deducis tamqm o
uem ioseph. Qui sedes sup cherubi
manifestare coram effraim beniami
& manasse. Excita potentiam tuā
& ueni. ut saluos facias nos. Ds
uerte nos. & ostende faciem tu
& salui erimus. Dne ds uirtut
quousq: irasceris sup orationem seru
tui. Cibabis nos pane lacrimarum

& potum dabis nobis in lacrimis in
mensura. Posuisti nos in contradicti
onē uicinis nr̄is. & inimici nr̄i sub
sannauer̄t nos. D s̄ uirtutū conu
te nos. & ostende faciem tuam & sal
ui erimus. Vineam de egypto trās
tulisti. eiecisti gentes & plantasti eā
Dux itineris fuisti in conspectu ei'. et
plantasti radices eius & impleuit t̄
ram. Operuit montes umbra eius.
& arbusta eius cedros dī. Exten
dit palmites suos usq; ad mare. et
usq; ad flumī ꝑpagines eius. Vt q̄d
destruxisti maceriam eius. & uinde
miant eam om̄s qui ꝓtergrediunt̄
uiam. Exterminauit eam ap̄ de sil
ua. & singularis ferus depast' ē eā.
D s̄ uirtutum conuertere respice

de celo. et uide et uisita uineam istam.
Et perfice eam quam plantauit dextera tua. et super filium hominis quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa. ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat manus tua super uirum dextere tue. et super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non discedimus a te uiuificabis nos. et nomen tuum inuocabimus. Domine deus uirtutum conuerte nos. et ostende faciem tuam. et salui erimus. Psalmus dauid.

Exultate deo adiutori nostro. iubilate deo iacob. Sumite psalmum et date tympanum. psalterium iocundum cum cythara. Bucinate in neomenia

tuba. in insigni die sollempnitatis
nr̄e. Quia p̄ceptum in isr̄l ē. & iu
dicium deo iacob. Testimonium
in ioseph posuit illud. cum exiret
de terra egypti. linguam quam n̄
nouerat audiuit. Diuertit ab one
ribus dorsum eius. manus eius in
cophino seruierunt. In tribulati
one inuocasti me & liberaui te. exau
diui te in abscondito tempestatis.
pbaui te apud aquam contradic
tionis. Audi ppl's m̄s & contestabor
te. isr̄l si audieris me non erit in te
ds̄ recens. neq; adorabis deum alie
num. Ego enim sum dn̄s ds̄ tuus
qui eduxi te de terra egypti. dila
ta os tuū & implebo illud. Et non
audiuit ppl's m̄s uocem meā. et

israhel non intendit m. Et dimisi
eos secdm desideria cordis eoꝝ. ibunt
in adinuentionibus suis. Si popu
lus ms audisset me. israhel si in ui
is meis ambulasset. Pro nichilo for
sitan inimicos eoꝝ humiliassem. et
sup tribulantes eos misissem manū
meam. Inimici dn̄i mentiti sunt
ei. & erit tempus eoꝝ in sclā. Et
cibauit illos ex adipe frumenti. et
de petra melle saturauit eos.

Ds stetit in synagoga ps. d. d.
deoꝝ. in medio autem deos diiu
dicat. Usquequo iudicatis iniquita
tem. & facies peccatoꝝ sumitis. Iu
dicate egeno & pupillo. humilem
& paupem iustificate. Eripite pa
pem & egenū. de manu peccatorum

liberate. Nescierunt neque intellexe-
runt in tenebris ambulant; moue-
buntur omnia fundamenta terre.
Ego dixi: dii estis et filii excelsi omnes.
Vos autem sicut homines moriemini;
et sicut unus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram; quoniam tu he-
reditabis in omnibus gentibus.

a. Exultate deo adiut[ori] nro et tu sol[us] altis[simus]

Deus quis similis PS. DAVID
erit tibi? ne taceas neque compes-
caris deus. Quoniam ecce inimici tui so-
nuerunt; et qui oderunt te extu-
lerunt caput. Super populum tuum
malignauerunt consilium; et cogi-
tauerunt aduersus sanctos tuos. Dixe-
runt. uenite et disperdamus eos de
gente; et non memoretur nomen israhel
ultra. Quoniam cogitauerunt unani-

miter simul. aduersus testamentum
disposuerunt. tabernacula idumeorum
& ismahelite. Moab. & agareni gebal
& ammon & amalech. alienigene cum
habitantibus tyrum. Etenim assur ue
nit cum illis. facti sunt in adiutori
um filiis loth. Fac illis sicut madi
an & sysare. sicut iabin in torrente
cyson. Disperierunt in endor. facti
sunt ut stercus terre. Pone princi
pes eorum. sicut oreb. & zeb & zebee &
salmana. Omnes principes eorum. qui di
xerunt. hereditate possideamus sanctua
rium dei. Deus meus pone illos ut rot
& sicut stipulam ante faciem uent
Sicut ignis qui conburit siluam. et
sicut flamma comburens montes.
Ita persequeris illos in tempestate t

& in ira tua turbabis eos. Imple fa
cies eorum ignominia: & querent nom
tuum domine. Erubescant & conturbentur
in seculum seculi: & confundantur & pe
ant. Ut cognoscant quia nomen
tibi dominus: tu solus altissimus in omni
Quam dilecta Ps. david. terra.
tabernacula tua domine uirtutum.
concupiscit & deficit anima mea in a
tria domini: Cor meum & caro mea:
exultauerunt in deum uiuum. Ete
nim passer inuenit sibi domum:
& turtur nidum sibi ubi reponat
pullos suos. Altaria tua domine uir
tutum: rex meus & deus meus. Beati qui
habitant in domo tua domine: in secula seculorum
laudabunt te. Beatus uir cuius est
auxilium abs te: ascensiones in corde

suo disposuit in ualle lacrimarum.

in loco quē posuit.. Etenim benedi

ctiones dabit legis lator. ibunt de

uirtute in uirtutem. uidebit deus

deorum in syon. Dn̄e ds̄ uirtutū ex

audi orationem meam. auribus

percipe ds̄ iacob. Protector nr̄ aspice

ds̄. & respice in faciem xp̄i tui. Quia

a melior ē dies una in atriis tuis

sup milia. Elegi abiectus ēē ī do

mo dei mei. magis quam habitare

in tabernaculis peccatorum. Quia

misericordiam & ueritatem diligit ds̄

gr̄am & gl̄am dabit dn̄s. Non pri

uabit bonis eos qui ambulant in

innocentia. dn̄e uirtutum. beatus

homo qui sperat in te. Ps. D. D.

Benedixisti dn̄e terram tuam.

A. Tu sol altissim⁹ sup om̄ t̄ rā.

A. Benedixisti.

auertisti captiuitatem iacob. Remi
sisti iniquitatem plebis tuę; operuisti
omĩa peccata eorum. Mitigasti omnem
iram tuã; auertisti ab ira indigna
tionis tuę. Conuerte nos ds̃ salu
taris noster; & auerte iram tuã
a nobis. Numquid in ęt̃num iras
ceris nobis; aut extendes irã tuã
a generatione in generationẽ. Ds̃
tu conuersus uiuificabis nos; & pleb̃
tua lętabitur in te. Ostende nob̃
dñe misericordiam tuam; & salutare
tuum da nobis. Audiam quid lo
quatur in me dñs ds̃; quõ loquetur
pacem in plebem suam. Et sup̃ scõs
suos; & in eos qui conuertuntur
ad cor. Ueruntamẽ prope timentes
eum salutare ipsius; ut inhabitet

gl(ori)a in terra nostra. Misericordia et veri-
tas obuiauerunt sibi: iusticia et pax
osculate sunt. Veritas de terra orta
est: et iusticia de celo prospexit. Ete-
nim dominus dabit benignitatem: et ter-
ra nostra dabit fructum suum. Iusti-
cia ante eum ambulabit: et ponet
in uia gressus suos. Psalmus dauid.

Inclina domine aurem tuam et exaudi
me: quoniam inops et pauper sum ego.
Custodi animam meam quoniam sanctus sum
saluum fac seruum tuum deus meus speran-
tem in te. Miserere mei domine quoniam
ad te clamaui tota die: letifica ani-
mam serui tui. quoniam ad te domine ani-
mam meam leuaui. Quoniam tu domine
suauis et mitis et multe misericordie:
omnibus inuocantibus te. Auribus percipe

dn̄e orationem meam : et intende
uoci deprecationis meę. In die tribu-
lationis meę clamaui ad te : quia ex-
audisti me. Non ē similis tui in di-
is dn̄e : et non ē scdm opa tua. Omnes
gentes quascūq; fecisti : uenient et
adorabunt coram te dn̄e : et glori-
ficabunt nom̄ tuum. Quo magnus
es tu et faciens mirabilia : tu es ds
solus. Deduc me dn̄e in uia tua et
ingrediar in ueritate tua : letetur
cor meum ut timeat nomen tuū.
onfitebor tibi dn̄e ds ms in toto
corde meo : et glorificabo nom̄ tuū
in ęternum. Quia misericordia tua mag-
na est sup me : et eruisti animā me-
am ex inferno inferiori. Ds iniqui
insurrexerunt in me : et synagoga

potentium quesierunt animā meam. & non proposuerunt te in cōspectu suo. Et tu dn̄e ds̄ miserator et misericors. patiens & multę misc̄dię & uerax. Respice in me & miserere mei. da imperium tuum puero tuo & saluum fac filium ancillę tuę.

Fac mecum signū in bono. ut uideant qui me oderunt & confundantur. quō tu dn̄e adiuuisti me & consolatus es me. Psalm͡. Dauid.

LXXXVI.

Benedixisti dn̄e terram tuam
Fundamenta

Fundamenta eius in montibus scīs. diligit dn̄s portas sion sup omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te. ciuitas dei. Memor ero raab & babylonis. scientium me. Ecce alienigenę & tyrus & pp̄ls ethiopū hi fuerunt illic. Numquid syon

dicet homo: et homo natus est in ea:
et ipse fundavit eam altissimus.
Dominus narravit in scripturis populorum:
et principum horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium: habitatio in te.
Domine deus l. s. d. d. te:
salutis mee: in die clamavi
et nocte coram te. Intret in conspec-
tu tuo oratio mea: inclina aurem
tuam ad precem meam. Quia reple-
ta est malis anima mea: et vita mea in
inferno appropinquavit. Estima-
tus sum cum descendentibus in la-
cum: factus sum sicut homo sine
adiutorio inter mortuos liber. Si-
cut vulnerati dormientes in sepul-
chris. quorum non es memor amplius:
et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: in te
ñebrosis & in umbra mortis. Sup
me confirmatus est furor tuus: &
omnes fluctus tuos induxisti sup
me. Longe fecisti notos meos a m
posuerunt me abhominationē sib
Traditus sum & n̄ egrediebar: oculi
mei languerunt p̄ inopia. Clam
ui ad te dñe: tota die expandi ad
te manus meas. Numquid mor
tuis facies mirabilia: aut medici
suscitabūt & confitebuntur tib
Numquid narrabit aliquis in sep
chro misedĩam tuam: & ueritat
tuam in ꝑdicione. Numquid co
noscentur in tenebris mirabilia t
a: & iusticia tua in terra obliuio
nis: Et ego ad te dñe clamaui: &

mane oratio mea preueniet te. Ut
quid domine repellis orationem meam.
auertis faciem tuam a me? Pauper
sum ego et in laboribus a iuuentute
mea. exaltatus autem humiliatus sum
et conturbatus. In me transierunt i-
re tue. et terrores tui conturbaue-
runt me. Circumdederunt me si-
cut aqua tota die. circumdederunt
me simul. Elongasti a me amicum
et proximum. et notos meos a miseria.
Misericordias domini E U O U A E.
in eternum cantabo. In ge-
nerationem et generationem. an-
nuntiabo ueritatem tuam in ore
meo. Quoniam dixisti in eternum mise-
ricordia edificabitur in celis. preparabitur
ueritas tua in eis. Dispo

a Fundamenta eius ... a Benedictus

sui testamentum electis meis. iura
ui dauid seruo meo. usque in eternum
preparabo semen tuum. Et edificabo
in generationem et generationem se
dem tuam. Confitebuntur celi mi
rabilia tua domine. etenim ueritatem
tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nu
bibus equabitur domino. similis erit
domino in filiis dei. Deus qui glorificatur
in consilio sanctorum. magnus et terribi
lis super omnes qui in circuitu eius sunt.
Domine deus uirtutum quis similis tibi.
potens es domine. et ueritas tua in cir
cuitu tuo. Tu dominaris potestati
maris. motum autem fluctuum eius
tu mitigas. Tu humiliasti sicut
uulneratum superbum. in brachio uir
tutis tue dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt celi & tua est terra. orbem terre et
plenitudinem eius tu fundasti. aqui-
lonem & mare tu creasti.. Thabor
& hermon in nomine tuo exulta-
bunt. tuum brachium cum poten-
tia. Firmetur manus tua & exalte-
tur dextera tua. iusticia & iudicium
preparatio sedis tue. Misericordia & veri-
tas precedent faciem tuam. beatus
populus qui scit iubilationem. Do-
mine in lumine vultus tui ambu-
labunt. & in nomine tuo exultabunt
tota die. & in iusticia tua exalta-
buntur. Quia gloria virtutis eorum
tu es. & in beneplacito tuo exalta-
bitur cornu nostrum.. Quia domini est
assumptio nostra. & sancti israel regis nostri.
Tunc locutus es in visione sanctis tuis.

& dixisti. posui adiutorium in poten
te. & exaltaui electum de plebe mea.
Inueni dauid seruum meum. oleo
sc̄o meo unxi eum. Manus enim me
a auxiliabitur ei. & brachium meum
confirmabit eum. Nichil proficiet
inimicus in eo. & filius iniquitatis
non apponet nocere eum. Et concī
dam a facie ipsius inimicos eius.
& odientes eum in fugam conuertam.
Et ueritas mea & misericordia mea cum ip
so. & in nomine meo exaltabitur cor
nu eius. Et ponam in mari ma
num ei. & in fluminibus dexteram
eius. Ipse inuocabit me. pater meus
es tu. deus meus & susceptor salutis me
e. Et ego primogenitum ponam il
lum. excelsum pre regibus terre. In e

ternum seruabo illi misericordiam meam!
& testamentum meum fidele ipsi. Et
ponam in seculum seculi semen eius! & tronū
eius sicut dies celi. Si autem dere
liquerint filii eius legem meā! &
in iudiciis meis n̄ ambulauerint.
Si iusticias meas pfanauerint! & man
data mea non custodierint. Visi
tabo in uirga iniquitates eorum! & in
uerberibus peccata eorum: Misericordiam
autē meam non dispergam ab eo! ne
q; nocebo in ueritate mea. Neq; p
fanabo testamentū meum! & que
pcedunt de labiis meis & faciā ir
rita. Semel iuraui in sc̄o meo! si
dauid mentiar! semen eius in eter
num manebit. Et thronus eius
sicut sol in conspectu meo! & sicut

luna pfecta in eternum: & testis in
celo fidelis. Tu uero repulisti & de
spexisti: distulisti xpm tuum. Eu
tisti testamentum serui tui: pfana
sti in terra scuarium ei. Destruxis
ti omnes sepes eius: posuisti firmam
tum eius formidinem. Diripuerunt
eum omnes transeuntes uiam: factus
est obprobrium uicinis suis. Exalta
sti dexteram deprimentium eum: leti
ficasti omnes inimicos ei. Auertisti ad
iutorium gladii eius: & non es auxili
atus ei in bello. Destruxisti eum
ab emundatione: & sedem eius in
terra collisisti. Minorasti dies tem
poris eius: pfudisti eum confusione.
Usque quo dne auertis in finem: exar
descit sicut ignis ira tua. Memo

rare que mea substantia: numquid
enim uane constituisti omnes filios ho-
minum? Quis est homo qui uiuet
et non uidebit mortem? eruet ani-
mam suam de manu inferi. Vbi
sunt misericordie tue antique domine! si-
cut iurasti dauid in ueritate tua?
[M]emor esto domine obprobrii seruorum tuorum!
quod continui in sinu meo multa-
rum gentium. Quod exprobrauerunt
inimici tui domine! quod exprobrauerunt
commutationem christi tui. Benedictus
dominus in eternum! fiat fiat. Ps. dd.

[D]omine refugium tu factus es nobis!
a generatione in generationem:
Priusquam montes fierent aut forma-
retur terra et orbis! a seculo et usque in seculum
tu es deus. Ne auertas hominem in

humilitatem! & dixisti. conuertimini
filii hominum. Quoniam mille anni ante
oculos tuos! tamquam dies hesterna
que preteriit. Et custodia in nocte
que pro nichilo habentur eorum anni e-
runt. Mane sicut herba transeat!
mane floreat & transeat! uespere de-
cidat. induret & arescat.. Quia de-
fecimus in ira tua! & in furore tuo
turbati sumus. Posuisti iniquitates
nostras in conspectu tuo! seculum nostrum
in illuminatione uultus tui. Quoniam
omnes dies nostri defecerunt. & in ira
tua defecimus. Anni nostri sicut a-
ranea meditabuntur! dies annorum
nostrorum in ipsis septuaginta annis.
Si autem in potentatibus. octoginta
anni! & amplius eorum labor & dolor

Quo superuenit mansuetudo: & corripi-
emur. Quis nouit potestatem ire
tuę: & p̄ timore tuo iram tuam di-
numerare. Dexteram tuam sic no-
tam fac: & eruditos corde in sapien-
tia. Conuertere dn̄e usq; quo: & dep̄-
cabilis esto sup̄ seruos tuos. Repleti
sumus mane mis̄cdia tua: & exulta-
bimus & delectati sumus in omnib;
diebus nr̄is. Letati sumus p̄ diebus
quib; nos humiliasti: annis quibus
uidimus mala. Respice in seruos tu-
os & in opa tua: & dirige filios eoꝝ.
Et sit splendor dn̄i dī nr̄i sup̄ nos: et
opa nr̄arū dirige sup̄ nos: & opus
manuum nr̄arum dirige. Ps d d

Dn̄e refugium fac- es nobis.

Qui habitat in adiutorio altissi-
mi: in ptectione dī celi cōmo

rabitur. Dicet dn̄o susceptor meus
es tu! & refugiū meū d̄s m̄s sp̄abo
in eum.. Quō ipse liberauit me de
laqueo uenantium! & a uerbo as
p̄o. Scapulis suis obumbrabit t̄.
& sub pennis eius sp̄abis. Scuto
circūdabit te ueritas eius! n̄ time
bis a timore nocturno. A sagitta
uolante in die a negotio p̄ambulan
te in tenebris! ab incursu & demon
o meridiano. Cadent a latere tuo
mille & decem milia a dextris tuis
ad te autem non appropinquabit
Veruntamen oculis tuis considerab
& retributionem peccatorum uidebis
Quō tu es dn̄e spes mea! altissimum
posuisti refugium tuū. Non acce
det ad te malum! & flagellum n̄

appropinquabit tabernaculo tuo.
Quõ angl̃is suis mandauit de te. ut
custodiant te in omĩb' uiis tuis. In
manibus portabunt te. ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum.
Sup aspidem & basiliscum ambula-
bis. & conculcabis leonem & draco-
nem. Quõ in me sperauit liberabo
eum. ptegam eum quõ cognouit
nomen meũ. Clamauit ad me &
ego exaudiam eum. cum ipso sum
in tribulatione. eripiam eum & glo-
rificabo eum. Longitudine dierũ
replebo eum. & ostendam illi saluta-
re meum. Psalmus dauid.
Bonum est confiteri dño. & psal-
lere nomini tuo altissime. Ad
annuntiandum mane misericordiam

tuam. & ueritatem tuam p noctem:
In decacordo psalterio. cum cantico
in cythara. Quia delectasti me dn̄e
in factura tua. & in opibus manuũ
tuarum exultabo. Quam magnifi
cata sunt opa tua dn̄e. nimis pfun
de facte sunt cogitationes tue. Vir
insipiens non cognoscet. & stultus
non intelliget hec. Cum exorti fu
erint peccatores sicut fenum. et
apparuerint om̄s qui opantur in
iquitatem. Vt intereant in sclm
scli. tu autē altissimus in ētnum do
mine. Quo̅ ecce inimici tui dn̄e.
quo̅ ecce inimici tui pibunt. & dis
pgentur omnes qui opantur iniqui
tatem. Et exaltabitur sicut uni
cornis cornu meum. & senectus mea

in misericordia uberi. Et despexit oculus
meus inimicos meos: et insurgentibus
in me malignantibus audiet auris
mea. Iustus ut palma florebit:
sicut cedrus libani multiplicabitur.
Plantati in domo domini: in atriis domus
dei nostri florebunt. Adhuc multi
plicabuntur in senecta uberi: et bene
patientes erunt ut annuntient.
Quoniam rectus dominus deus noster: et non est
iniquitas in eo. Ps. d. d.

Bonum est confiteri domino

Dominus regnavit: decorem indutus
est: indutus est dominus fortitudinem
et precinxit se. Etenim firmavit
orbem terre: qui non commovebitur.
Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es.
Elevaverunt flumina domine: elevave
runt flumina vocem suam. Eleva

uer'unt. flumina fluctus suos! a uo
cibus aquar'um multarum. Mira
biles elationes mar'is! mirabilis in
altis dn̄s. Testimonia tua credibi
lia facta sunt nimis! domū tuam
decet sanctitudo dn̄e in longitudi
ne dierum. Ps. a. 2. 9' dauid.

Ds̄ ultionum dn̄s! ds̄ ultionum
libere egit. Exaltare qui iudi
cas terram! redde retributionē supbi
Usq; quo peccatores dn̄e! usq; quo pec
catores gl'abunt. Effabuntur & lo
quentur iniquitatē! loquentur om
nes qui opantur iniusticiā: Popu
lum tuum dn̄e humiliauer'unt. &
hereditatē tuam uexauer'ūt. Vidu
am & aduenam interfecer'unt! et
pupillos occider'unt. Et dixer'unt

non uidebit dn̄s. nec intelliget deus
iacob. Intelligite insipientes in po
pulo! & stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem non audiet?
aut qui finxit oculum non consi
derat? Qui corripit gentes n̄ argu
et? qui docet hominem scientiam?
Dn̄s scit cogitationes hominū! qm̄
uanę sunt. Beatus homo quē tu
erudieris dn̄e! & de lege tua docu
eris eum. Ut mitiges ei a diebus
malis! donec fodiatur peccatori fo
uea. Quia n̄ repellet dn̄s plebem
suam! & hereditatem suam non
derelinquet. Quoadusq; iusticia
conuertatur in iudiciū! & qui iu
xta illam. om̄s qui recto sunt cor
de. Quis consurget m̄ aduersus

malignantes? aut quis stabit me
cum aduersus operantes iniquitatē.
Nisi quia dn̄s adiuuit me: paulominus
habitabit in inferno anima mea.
Si dicebam motus ē pes meus: mise
ricordia tua dn̄e adiuuabat me.
Secdm̄ multitudinem dolorum meorum in
corde meo: consolationes tuę letifi
cauerunt animā meam. Numquid
adheret tibi sedes iniquitatis: qui
fingis laborem in precepto. Capta
bunt in animam iusti: et sangui
nem innocentem condempnabunt.
Et factus ē mihi dn̄s in refugium: et deus
meus in adiutorium spei mei. Et red
det illis iniquitatem ipsorum: et in ma
licia eorum disperdet eos: disperdet illos
dominus deus noster. P s d g d.

Venite exultemus domino. iubilemus
deo salutari nostro: Preocupe
mus faciem eius in confessione. & in
psalmis iubilemus ei. Quoniam deus ma
gnus dominus. & rex magnus super omnes
deos. Quia in manu eius fines terre.
& altitudines montium ipsius sunt.
Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud.
& siccam manus eius formauerunt.
Venite. adoremus & procidamus & plore
mus ante dominum qui fecit nos. quia
ipse est dominus deus noster: Et nos populus pas
cue eius & oues manus eius. hodie
si uocem eius audieritis. nolite ob
durare corda uestra. Sicut in irri
tatione. secundum diem. temptationis
in deserto. Ubi temptauerunt me
patres uestri. probauerunt & uiderunt

opa mea. Quadraginta annis of-
fensus fui generationi illi. & dixi
semp errant corde. Et isti n̄ cogno
uerunt uias meas. ut iuraui in
irā meā. si introibunt in reqem meā

a. Bndict' dns ret'm
a. Cantate dno

Cantate dño P s. d d.

Canticum nouū. cantate dño
omnis terra. Cantate dño. & benedi
cite nomini eius. annuntiate de
die in diem salutare eius. Annun
tiate int gentes glām eius. in omni
bus pplis mirabilia eius. Quoniā
magnus dominus & laudabilis ni
mis. terribilis ē sup oms deos. Quo
omīs dii gentiū demonia. dns aūt
celos fecit. Confessio & pulchritu
do in conspectu eius. scimonia et
magnificentia in sanctificatione

eius. Afferte dño patrię gentium. afferte dño glām & honorē. afferte domino glām nomini eius. Tollite hostias & introite in atria ei9. adora te dominū in atrio scō ei9. Cōmoueat a facie eius uniūsa terra. dicite in gentib9 quia domin9 regnauit. Et enim correxit orbem qui ñ cōmouebi tur. iudicabit ppłos in equitate. Letentur celi & exultet tra. cōmoue atur mare & plenitudo eius. gau debunt campi & oīa que in eis sunt. Tunc exultabunt oīa lig na siluarū a facie dñi. quia uenit. qm uenit iudicare trām. Iudica bit orbem tre in equitate. & ppłos

Dňs ps. dd. in ueritate sua.
regnauit. exultet tra. leten

tur insule multe. Nubes et caligo in circuitu eius: iusticia et iudiciũ cor-rectio sedis ei9. Ignis ante ipsum p̄-cedet: et inflãmabit in circuitu in-imicos eius. Alluxerunt fulgura e-ius orbi t̃re: uidit et cõmota est t̃ra. Montes sicut cera fluxer̃t a facie dñi: a facie domini om̃is t̃ra. Annunti-auerunt celi iusticiã ei9: et uiderunt om̃s p̃pli gl̃am eius. Confundant-ur om̃s qui adorant sculptilia: qui gl-oriantur in symulachris suis: Adora-te eum om̃s angl̃i ei9: audiuit et le-tata est syon. Et exultauerunt fi-lie iude: p̃pt iudicia tua dñe. Quõ-tu dñs altissimus sup̃ omnem terra-nimis exaltat9 es sup̃ om̃s deos. Qui diligitis dñm odite malum: cust

Laud

Bñ fieri deo [illegible]

dit dominus animas scõr suor. de
manu peccatoris liberabit eos. Lux
orta ē iusto. & rectis corde leticia.
[L]etamini iusti in dño. & confitemini
memorię scificationis eius. Psalmus.

Cantate dño & bn
dicite nõi ei
Annuntiate oĩa mea.
Dñm deũ nrm
Venite adore. Uenite
Oĩa mirabilia.

CANTATE. dñ.
domino canticum nouũ
quia mirabilia fecit.
Saluabit s̃ dextera ei.
& brachium scm ei. No
tum fecit dñs salutare suũ. in conspe
ctu gentium reuelauit iusticiam
suam. Recordat̃ ē miscdię suę & ue
ritatis suę. domui israhel. Vider̃t
omnes t̃mini terre. salutare dĩ nr̃i.
[I]ubilate deo omñs t̃ra. cantate & ex
ultate & psallite. Psallite dño in cy
thara. in cythara & uoce psalmi. in

scm est. Moyses & aaron in sacerdoti
bus eius. & samuel int eos qui inuo
cant nomen eius. Inuocabant do
minum & ipse exaudiebat eos. & i
columpna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius. & pcep
tum quod dedit illis. D ne ds nr
tu exaudiebas eos. ds tu ppicius fu
isti eis. & ulciscens in omnes adinuen
tiones eorum. Exaltate dnm dm nrm.
& adorate in monte sco eius. quonia
scs dns ds noster. P s. d. d.
Iubilate deo omnis tra. seruite dno i
leticia. Introite in conspectu eius.
in exultatione. Scitote quo dns ip
se e deus. ipse fecit nos & non ipsi
nos. Populus eius & oues pascue
eius. introite portas eius in ofessio

A D^a mirabilis fecit dns. A Iubilate.

tubis ductilibus et uoce tube cornee.
Iubilate in conspectu regis dni. moue
atur mare et plenitudo ei9. orbis
terrarū et qui habitant in eo. Flumi
na plaudent manu simul. montes
exultabunt a conspectu dni. quonia
uenit iudicare t̄ram. Iudicabit or
bem terrarum in iusticia. et ppl̄os in
Dns regnauit. Ps. D D equitate
irascantur ppl̄i. qui sedes sup che
rubin. moueat̄ terra. Dns in syon
magnus. et excelsus sup omīs popul
Confiteant̄ nomini tuo magno. qm̄
terribile et scm̄ est. et honor regis iu
diciū diligit. Tu parasti direction
iudicium et iusticiam in iacob tu f
cisti. Exaltate dominū dm̄ nostrū
et adorate scabellum pedum ei9 qm̄

ne. atria eius in ymnis. confitemini
illi: Laudate nomen eius quõ suauĩ
est dn̄s. in eternũ misc̄dia eius. et
usq; in generationem et generatio
nem ueritas eius. P̄s dd

Misc̄diam et iudiciũ. cantabo tibi
dn̄e. Psallam et intelligam in ui
a inmaculata. quando uenies ad
me. Perambulabam in innocentia cor
dis mei. in medio domus meę. Non
proponebam ante oculos meos rem in
iustam. facientes p̄uaricationes odi
ui: Non adhesit m̄i cor prauũ. de
clinantem a me malignũ non cog
noscebam. Detrahentem secreto p
ximo suo. hunc psequebar. Sup
bo oculo et insatiabili corde. cũ hoc
non edebam. Oculi mei ad fideles

terre: ut sedeant mecum ambulās
in via immaculatā: hic m̄ ministra
bat. Non habitabit in medio dom'
mee qui facit supbiam: qui loq̄r
iniqua n̄ direxit in conspectu ocu
lor meor: In matutino intficiebā
oms peccatores terre: ut disp̄derē
de civitate dn̄i oms opantes iniq̄tatē. · 2B X ·

a Iubilate deo om...



Psalmus. david.

a clamor me[us]



DNE.

exaudi ora
tionē me
am! et
clamor
meus ad
te ueniat.
Non auertas
faciem tuam a me! in quacūq; die
tribulor inclina ad me aurem tuā.
In quacumq; die inuocauero te! ue
locit[er] exaudi me. Quia defecerūt
sicut fumus dies mei! & ossa mea
sicut cremium aruerunt.. Percus
sus sum ut fenum & aruit cor
meū! quia oblitus sum comedere

panem meum. A uoce gemitus me
i: adhesit os meum carni meę. S i
milis factus sum pellicano solitu
dinis: factus sum sicut nicticorax
in domicilio. V igilaui: & factus
sum sicut passer solitarius in te
cto. Tota die exprobrabant mi inimi
ci mei: & qui laudabant me aduer
sum me iurabant. Quia cinerem
tanquā panem manducabam:
& poculum meum cum fletu mis
cebam. A facie irę & indignatio
nis tuę: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinauerunt:
& ego sicut fenum arui. Tu au
tem dn̄e in ęternū pmanes: & me
moriale tuum in generatione et
generationē. Tu exurgens mise

reberis syon! quia tempus miserendi eius! quia uenit tempus: Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius! et terrę eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum domine! et omnis reges terrę gloriam tuam. Quia edificauit dominus syon! et uidebitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium! et non spreuit precem eorum.
Scribantur hec in generatione altera! et populus qui creabitur laudabit dominum: Quia prospexit de excelso sancto suo! dominus de celo in terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum! ut solueret filios interemptorum. Ut annuntient in syon nomen domini! et laudem eius in hierusalem. In conueniendo populos in unum! et reges ut seruiant

uiarit domino. R espondit ei in ui
a uirtutis sue. paucitatem dierum
meorum nuntia mihi. N e reuoces me in
dimidio dierum meorum. in genera
tionem et generationem anni tui.
nicio tu domine terram fundasti. et
opera manuum tuarum sunt celi.
psi peribunt. tu autem permanes. et
omnes sicut uestimentum ueteres
cent. E t sicut opertorium mutabis
eos et mutabuntur. tu autem idem
ipse es. et anni tui non deficient.
ilii seruorum tuorum habitabunt. et se
men eorum in seculum dirigetur. Ps.
B enedic anima mea d a u i d.
domino. et omnia que intra me
sunt nomini sancto eius. B enedic a
nima mea domino. et noli obliuis

ci om̄s retributiones eius. Qui ꝓpiti
atur omnib⁹ iniquitatib⁹ tuis: qui sa
nat om̄s infirmitates tuas. Qui re
dimit de interitu uitā tuā: q̄ coro
nat te in misericordia & in miserationi
bus. Qui replet in bonis desideriū
tuum: renouabitur ut aquile iu
uentus tua. Faciens misericordias do
min⁹: & iudicium omnib⁹ iniuriam
patientibus. Notas fecit uias suas
moysi: filiis isrł uoluntates suas.
Miserator & misericors dominus: pa
tiens & multum misericors. Non ī
ꝑpetuum irascetur: neq; in eter ni
comminabitur. Non scdm̄ peccat
nr̄a fecit nobis: neq; scdm̄ iniquit
tes nr̄as retribuit nobis. Quō se
cundum altitudinem celi a terra:

corroborauit misericordiam suam sup ti-
mentes se. Quantum distat ortus ab
occidente: longe fecit a nobis iniqui-
tates nostras. Quomodo miseretur pater
filiorum misertus est dominus timenti-
bus se: quoniam ipse cognouit figmentum
nostrum. Recordatus est quoniam puluis
